

The Liber Pharetrae Project

Liber 3: De periculosis Caput 49: De iudicio (12)

Joannes Chrysostomus, *super
Matthaeum*:

In illo die nihil est quod
respondeamus, ubi coelum
et terra, aqua, Sol et Luna, dies et
noctes, et totus mundus stabit adversum
nos in testimonium peccatorum
nostrorum;
et si omnia taceant, tamen ipsae
cogitationes nostrae et ipsa opera

specialiter stabunt ante oculos
nostros, accusantes nos ante Deum,
dicente Apostolo:
Cogitationibus invicem accusantibus,
etc.

Hic enim abscondimus opera nostra, et
invicem corda nostra celamus:
in illa autem die nihil est quod
respondeamus, ubi caelum,
et terra, et aquae, sol et luna, dies et
noctes, et totus mundus stabit adversum
nos in testimonium peccatorum
nostrum.
Etsi omnia taceant, tamen ipsae
cogitationes nostrae et ipsa opera
nostra
specialiter stabunt ante oculos
nostros, accusantes nos ante Deum,
dicente Apostolo:
*Cogitationibus invicem se accusantibus,
aut etiam defendentibus, in die cum
iudicabit Deus occulta hominum, per
Jesum Christum Dominum nostrum.*

Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum
in Matthaeum*, 41 (J.P.Migne ed., PG 56,
col.865).